



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

cxlivi. Ad luxatum pedem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

gulorum selibram : oleū chamæelinum quantum satis sit . quæ liquari possunt , ex adipetaurino liqueuntur . spuma argenti & succi ex oleo coquantur , adijciantur liquidis , rufusque simul temperate omnia concoquantur . quibus ex igne remotis conspergatur bitumen , & thus tritum ; rudicula agitentur usque dum refrixerint , & & mollita sint , atque ita præparatis , cum necessitas requiri , vtitor .

Ad luxatum pedem.

VOLVCRVM genus alis quidem & pinnis natura ditauit , quibus aerem secare solent : sed nec minorem ipsis dedit utilitatem & efficaciam , cum eas pedibus ornauit per quos venantur , hostes superant , cibum capessunt , quietem capiunt . Sed naturæ dotes quid nunc necesse est numerare ? Itaque his omissis , de remedio luxatorum dicam . Cum accipitri pes exciderit , aut digitus luxatus sit , ita curandus est . Recrementum æris contundito & diligenter ex aceto terito , locum affectum illinito . Facit idem paruarum cochlearum vnguentum .